Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sed in rebus diuersis · puta tritico aut bla-
do · aut in alijs rebus maxime cum ille non
indigeat tali re · sed oporteat illam vendere
pro minori precio quam lucratus est si iuste
solueret · quia peccat et tenetur ad restitu-
tionem · nisi tamen prius a principio sic conue-
nerint quod daret de huiusmodi pro precio tali quia
tunc non videtur deceptio ¶ A tabernario
¶ vendidit · ¶ et hospite

Si vnam speciem vini pro alia vel
limphatum pro puro · vel ad
clarificandum vinum aut ad co-
lorem suum retinendum et huiusmodi
miscuit aliqua nociua corporibus vel non de-
dit plenas mensuras · vel in tabernam tenuit
meretrices et ribaldos et lusores ad taxil-
los vel aduertentes dedit hijs vinum quos vidit
inebriari · peccauit in quibusdam mortaliter ·
et in quibusdam venialiter · et tenetur de damnis omnibus
nec debet absolui nisi proponat ab huiusmodi de-
sistere velle ¶ A macellario vel carnifice

Si vendidit carnes corruptas
pro bonis et recentibus quod
est mortale vel vnam speciem
pro alia · ut caprinam pro
mutonina et huiusmodi · aut
diminutum pondus ut · xi · vncias pro